

# *Vita Merlini Silvestris*

WINIFRED AND JOHN MACQUEEN

## Introduction

The *Vita Merlini Silvestris* ('Life of Merlin of the Forest') occurs in only one manuscript, the 15c BL MS Cotton Titus A XIX, folios 74-75, edited by H. L. Ward (1893) with an introduction and concluding notes, but without translation. Ward included as a parallel text the version of the first section concerning St Kentigern, given in a clumsily truncated form by Walter Bower in his mid-fifteenth century *Scotichronicon* (Bk. 3, Ch. 31). A variant of the story told in the second section is to be found in Geoffrey of Monmouth's poem, *Vita Merlini*, edited by E. Faral (1929: 310-19).

In the same BL manuscript, folios 76-80 are occupied by the anonymous fragmentary *Life of Kentigern*, composed for Herbert, bishop of Glasgow 1147-64 (ed. in Forbes, 1874: 123-33 [translation], 243-52 [text].) This contains only the story of Kentigern's conception and birth. It is possible that both the fragmentary *Life* and the first part at least of the *Vita Merlini Silvestris* are by the same author and were extracted from a more complete version of the *Life of Kentigern*, otherwise lost, apart from the prose lections in the Sprouston Breviary (see below p. 89). The extractor, it may perhaps be assumed, was particularly attracted by stories involving the famous figure of Merlin; he saw however that the birth-story of Kentigern was almost equally remarkable and so included it.

## Text\*

### Section 1

Eo quidem in tempore quo beatus Kentegernus heremi deserta frequentare solebat, contigit die quadam illo in solitudinis arbusto solicite orante ut quidam demens nudus et hirsutus et ab omni bono destitutus, quasi quoddam torvum furiale, transitum faceret secus eum, qui Lailoken vocabatur, quem quidam dicunt fuisse Merlynum, qui erat Britonibus quasi propheta singularis, sed nescitur. Quem cum vidisset sanctus Kentegernus, fertur eum in dicendo taliter convenisse: 'Adiuro te, qualiscumque es creatura dei, per patrem et filium et spiritum sanctum si ex parte dei es et in deum credis, ut mecum loquaris, exprimens quis es et cur in hac solitudine solivagus silvestribus comitaris bestiis.' At concito demens cursum coercens, respondit: 'Ego sum christianus, licet tanti nominis reus, in hac solitudine dira paciens fata que pro

\* The translation follows on p. 83.

peccatis meis mihi sunt cum feris predestinata, quoniam non sum dignus inter homines mea punire peccamina. Eram enim cedis omnium causa interemptorum qui interfecti sunt in bello cunctis in hac patria constitutis satis noto, quod erat in campo qui est inter Lidel et Carwannok, in quo etiam prelio celum super me dehiscere cepit. Et audivi quasi fragorem maximum vocem de celo mihi dicentem: "Lailochen, Lailochen, quia tu solus omnium istorum interfectorum reus es sanguinis, tu solus cunctorum scelera punies. Angelis enim Sathane traditus usque in diem mortis tue conversacionem habebis inter bestias silvestres." Cum autem ad vocem quam audivi meum direxi intuitum, vidi splendorem nimium quem natura humana sustinere non potuit. Vidi etiam innumerabiles phalanges exercitus in aera fulguri similes chorusco, lanceas igneas et tela scintillancia in manibus tenentes, que crudelissime in me vibrabant. Unde extra meipsum conversum spiritus malignus me arripuit ferisque silvestribus, sicut ipse contemplaris, predestinavit.' Et hiis dictis prosiluit in loco inde nemorum infrequencia feris dumtaxat ac avibus nota. De cuius miseria Kentegernus beatus valde compassus, procidit in faciem suam super terram, dicens: 'Domine Jhesu, hic miserorum miserimus hominum, quomodo in hac squalenti degit solitudine inter bestias ut bestia, nudus et profugus et herbarum tantum pabulo pastus. Sete et pili sunt feris ac bestiis tegmina naturalia, herbarumque virecta, radices et folia propria cibaria. Hic frater noster formam, nuditatem, carnem, sanguinem et fragilitatem, sicut unus habens ex nobis, omnibus caret quibus humana indiget natura, preter dumtaxat aerem communem. Quomodo igitur pre fame et algore et inedarum universitate inter bestias vivit silvestres? Flevit igitur pietatis lacrimis genas profusus pius presul Kentegernus, solito arcus pro dei amore solitudinari se tradere discipline. Opitulabatur etiam domino precibus obnixis pro illo silvestri homine misero, immundo et energuminoso ut calamitates et erumpne quas paciebatur hic in corpore sue subsisterent anime refrigerium in futuro.

Hic autem demens, ut fertur, postmodum de solitudinibus sepius veniens, sedebat super quandam rupem proclivam, que eminet trans torrentem Mellodonor quasi in prospectu Glascu ad aquilonem partem eiusdem loci ecclesie, multociens inquietavit clamoribus horrisonis sanctum Kentegernum et clericos eius divine contemplacionis operi vacantes. Presagavit enim ibi multa futura ac si propheta. Sed quia numquam repetere solebat que predixerat, quamquam erant valde obscura et quasi non intelligibilia, nullus ei credere presumebat. Sed quasi verba nugatoria quedam retinebant et scripture commendabant. In die autem qua de huius mundi miseriis migrare debuerat demens iste, ut suevit, ad rupem pervenit prefatam, beato Kentegerno missam mane celebrante, eiulans et clamans magna que voce rogicans ut ab illo christi corpore muniri et sanguine mereretur, antequam de hoc seculo transitum faceret. Cuius clamoris irreverenciam beatus Kentegernus cum ferre non posset, misit aliquem clericum qui silentium illi indiceret. Cui miser felix piis et mitibus verbis respondens ait: 'Vade, precor, domine mi, ad beatum Kentegernum et eius gracie caritatis opitulare quatenus viatico me dominico munire dignetur, quoniam de hoc seculo nequam hodie per illum

feliciter transibo.' Cum autem episcopus hec ab ore clerici audisset, pie subridens dixit circumstantibus pro energumino vociferante illi obnixè supplicantibus: 'Nonne vos omnes ceterosque nonnullos miser iste suis sepe verbis seduxit vitamque energuminosam inter feras silvestres multis annis deduxit nec communionem christianam novit? Quapropter mihi non credo esse salubre tantum illi munus donare. Sed perge' inquit cuidam clerico suorum 'et interroga eum de qua morte morietur et si hodie sit moriturus.' Perrexit igitur clericus dicens dementi, sicut ei iniunctum fuerat ab episcopo. Cui respondit demens: 'Quia hodie lapidibus obrutus et fustibus defungar.' Clericus vero regressus ad episcopum dixit ei quod audierat ab ore dementis. Episcopus autem: 'Regredere' inquit ad clericum dicens 'quoniam non credo huic sermoni quod ita sit moriturus. Sed dicat verius quando et qua morte morietur.' Hoc autem dixit episcopus, si forte miser ille verax et in sermone stabilis saltem in ultimo die vite eius inveniri posset, quia numquam eundem quem prius dixerat solebat repetere sermonem sed semper in obliquo per transversum coniecturare. Interrogatus igitur a clerico iterum demens dixit: 'Hodie corpus meum perforabitur veru ligneo acuto et sic deficiet spiritus meus.' Regressus denuo clericus ad episcopum, dixit quod ab amente audierat. Episcopus autem convocatis clericis suis dixit: 'Modo quoque vos ipsi audistis quia in nullo verbo servat modum, quapropter timeo favere eius petitioni.' Dixerunt ergo clerici eius: 'Domine pater venerande, ne irascaris nobis si adhuc semel pro illo dilectioni vestre opitulemur. Probetur adhuc tercio si forte in aliquo verbo fidelis valeat inveniri.' Episcopus igitur tercio mittens clericum interrogavit miserum felicem qua nece vitam finiret. Demens vero ita respondit: 'Hodie in undis absorptus vitam presentem terminabo.' Ad quod responsum clericus nimium indignatus dixit: 'Stulte agis, frater inepte, cum sis homo fallax et mendax quod ab homine sancto et verace poscis muniri cibo spirituali, quem tantum fidelibus ac iustis licet dari.' Miser autem demens sed iam felix, recuperato sensu a domino, in lacrimis redivivis statim prorumpens, dixit: 'Heu mihi miserimo, domine Jhesu, quamdiu fata tam dira perpeciar, quamdiu tot tormentis afficiar? Cur etiam modo a fidelibus tuis sum repudiatus, cum huc a te sim destinatus? Ecce non credunt verbis meis, cum nichil aliud illis prefatus sim quam quod mihi tu inspirasti.' Conversus igitur ad clericum dixit: 'Veniat quam maxime obsecro ad me episcopus ipse cuius patrocinio a domino in hac die precipue sum delegatus et afferat secum sacrosanctum quod postulo viaticum et audiet mandatum quod dignatus est illi per me significare.' Venit igitur episcopus, multis clericorum precibus superatus, deferens secum panem et vinum sacratissimum. Quo appropinquante, descendens miser felix de rupe cecidit in faciem suam ante pedes episcopi, in huiusmodi verba prorumpens: 'Salve, pater venerande, summi regis miles electe. Ego sum miser ille inermis, qui olim tibi in heremo apparens, fata paciens mea solivagus et erroneus, angelis adhuc sathane traditus. Sed et a te per deum vivum et verum in nomine trinitatis coniuratus, causam mee calamitatis enarravi. Pro cuius etiam erumpnis et miseriis pietate sauciatus, si retines, domino cum lacrimis preces fudisti quatenus omnes angustias et infortunia, que in hoc seculo paciebar in corpore, in

gaudium mihi converteret sempiternum, recolens nimirum apostoli verba dicentis quod non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in electis dei. Et quia oraciones tuas mei misertus exaudivit dominus, hodie in meipsum reversum et in deum patrem omnipotentem, sicut decet christianum chatholice credentem ut verbis meis credas, hiis signis munitum, tibi hodie pre ceteris electis specialius me misit ut per suscepcionem sacrosancti corporis et sanguinis eius ad illum hodie me remittas.'

Cum autem audisset beatus presul Kentegernus illum hunc esse qui dudum in heremo illi apparuit et alia multa ab ipso que in hoc codicello scripta non sunt, de incertis ad certa aliquantulum promotus pietateque convictus, lacrimis quoque faciem perfusus, misero deflenti et dei gratiam obnixè petenti respondit benigniter dicens: 'Ecce adest corpus et sanguis domini nostri Jhesu Christi qui est perpetua vivencium vita, salus vera in se credencium, gloria eterna se digne sumencium. Quicumque ergo hoc sacramentum digne suscipit, vita vivet et non morietur. Qui autem indigne, morte morietur et non vivet. Idcirco si te dignum tanti doni contemplaris, ecce christi mense impositum. Accede tamen cum timore dei, cum omni humilitate ipsum accepturus, ut ipse Christus te quoque dignetur suscipere, quoniam nec tibi date neque audeo prohibere.'

Miser autem beatus confestim aqua lotus et unum deum in trinitate fideliter confessus, accessit humiliter ad altare et suscepit pura fide ac sincera devocione incircumscripti sacramenti munimen. Quo percepto, extendens manus ad celum, dixit: 'Gracias tibi ago, domine Jhesu. Nam quod optavi sanctissimum iam consequutus sum sacramentum' et conversus dixit ad beatum Kentegernum: 'Domine, si hodie completa fuerit in me vita temporanea, sicut a me accepistis, Regum britannie prestantissimus, Episcoporum sanctissimus, Comitum nobilissimus in hoc anno me sequentur.' Respondit episcopus: 'Frater, adhuc permanes in simplicitate tua? Non expers irreverencie? Igitur vade in pace et dominus sit tecum.' Lailoken autem, pontificali benediccione suscepta, prosiluit inde, velut capreolus de laqueo venantis ereptus, solitudinis petens letus fructa. Sed quoniam ea que a domino sunt predestinata nequeunt pretermitti quin ea oporteat fieri, contigit ut eodem die a quibusdam regis Meldredi pastoribus usque ad mortem lapidatus ac fustigatus, casum faceret in mortis articulo ultra oram Travedis fluminis prerruptam prope opidum Dunmeller super sudem acutissimam que in aliqua piscaria erat inserta et transfixus per medium corpus, inclinato capite in stango, spiritum, sicut prophetaverat, domino transmisit. Hec autem cum cognovissent beatus Kentegernus et clerici eius consummata videlicet ita esse que de se presagierat energuminus ille, credentes et timentes ea proculdubio fore futura que de residuis predixerat, ceperunt omnes pavere et lacrimis genas uberime perfundere nomenque domini in omnibus collaudare, qui est in sanctis suis semper mirabilis et benedictus in secula seculorum. Amen.

## Section 2

Fertur quod Lailoken a regulo Meldredo dudum captus et in opido suo Dunmeller loris convinctus tenebatur ut aliquod novum ab illo rex audire mereretur. Ille vero triduo ieiunus permanens nulli penitus, licet a multis conveniretur, dedit responsum. Tercio quoque die regulo in aula celsiori assidente sedili intravit uxor eius, arboris folium suo peplo involutum nobiliter gerens in capite. Quod regulus videns manu attraxit et attrahendo in minuta frusticula discerpsit. Quo viso Lailoken demens cepit in altum prorumpere risum. Cumque illum solito hillariorem rex Meldredus conspiceret, convenit eum blandis verbis dulcissime dicens: 'Amice mi, Lailoken, dic mihi obsecro quid risus portenderit, quem argute stringendo auribus nostris tinnire fecisti et liberum eundi quo vis te dimittam.' Ad hoc confestim Lailoken respondit: 'Tu me cepisti et vinciri loris iussisti, gliscens novum aliquod audire oraculum. Quapropter problema novum de nova tibi proponam materia. De veneno stillavit dulcedo et de melle amaritudo. Sed neutrum ita, licet verum manet utrumque. En proposui questionem. Dic si potes solutionem et me liberum ire dimitte.' Regulus respondit: 'Hoc problema valde est perplexum cuius nescio solvere nexum. Dic igitur aliud apertius sub premissa condicione.' At Lailoken priori simile problema protulit dicens: 'Bonum pro malo fecit iniquitas, e converso reddidit pietas, sed neutrum ita, licet verum manet utrumque.' Regulus dixit: 'Noli ultra loqui per coniecturas sed palam nobis cur risisti et questionum soluciones quas protulisti et liber a vinclis eris.' Lailoken respondit: 'Si palam loquutus fuero, vobis inde mesticia, mihi autem mortifera orietur tristicia.' Ad hec regulus: 'Quamquam' inquit 'ita futurum fore contigerit, nichillominus audire hoc volumus.' Lailoken siquidem intulit regulo: 'Tu quoque cum sis iudex sciencia preditus, dic mihi prius unius pragmatism iudicium et tuis postmodum iussis parebo.' Regulus respondit: 'Dic cito causam ut audias iudicium.' Lailoken dixit: 'Qui summum honorem confert inimico et supplicium pessimum amico, quid meretur uterque?' Respondit regulus: 'Talionis vicem.' 'Recte' inquit Lailoken 'iudicasti. Proinde nimirum uxor tua promeruit coronam, tu vero pessimam mortem. Sed non ita, licet verum restat utrumque.' Regulus dixit: 'Cunctorum que facis fucus opacitate concluditur. Edissere ergo nobis obsecro has questiones et quicquid honeste potest persolvi si postules, tibi dabo.' Respondit Lailoken: 'Unum valde dabile postulo, libertate non pretermissa, videlicet ut tradas corpus meum sepulture ad partem huius opidi orientalem in loco funeri fidelis defuncti competenciore haut longe a cespite ubi torrens Passales in flumen descendit Tuedense. Futurum est enim post paucos dies trina nece me moriturum. Cum autem confurcacio ampnis utriusque contigua fuerit tumulo meo, pactor britannie gentis dominabitur adulterine.' Hec dicendo signavit excidium britannorum et iterum eorum divorcii reformacionem esse futuram. Hec illo et alia protrahente et que audire optabant fictius differente, regulus ac regula eorumque curia, concessa funeris postulacione, cum iuramento affirmaverunt ut liberum et incolumem illum quo vellet ire dimitterent. At Lailoken, loris solutis, stans fuge paratus

huiusmodi verba exorsus est dicens: 'Quid est amarius felle muliebri quod ab inicio serpentino infectum est veneno? Quid autem dulcius iusticie censura per quam mites et humiles a felle impiorum defenduntur? Hec quippe mulier uxor tua summum honorem hodie suo contulit inimico, tu vero amicum fidelem conscidisti in frustula. Sed neutrum ita, quia hoc faciens bene facere existimasti. Illa vero honoris quem inimico conferebat prorsus erat ignara. Secundum problema huic est simile. Tunc iniquitas fecit bonum cum mulier nequam suum veneraretur proditorem. Tunc pietas fecit malum quando vir iustus suum fidelem occidit amicum. Sed neutrum ita, quia inscius facti fuit uterque. Regula enim paulo ante in orto reguli adulterante, descendit folium arboris super caput eius ut illam traduceret regique adulterium manifestaret, quod in peplo suo involutum coram omnibus regula super caput suum in aulam portando venerabatur. Quod cum vidisset rex protinus digitis attraxit et attrahendo digitis suis minutatim decerpsit. Hoc est quod mulier honorem contulit inimico qui facinus suum prodere voluit. Et quia rex iniuriam fecit amico qui ut crimen evitaret illum premunire decrevit.' Lailoken hiis dictis solitudinis squalena invia petente nulloque illum persequente omnes pariter nutare ceperunt. Mecha vero cum lacrimis machinans dolum, regulum quam dulcibus cepit allicere sermonibus dicens: 'Noli, domine mi rex venerande, huius dementis credere verbis quoniam, ut credi fas est, nichil aliud coniecturando fecit quam querere a nexibus solvi et dimitti. Quapropter, mi domine, cum complicibus presto sum ydoneis me de obiecto crimine purgare. Ipse quoque audisti nobiscum quatenus seductor ille pessimus dixit se ter moriturum quod proculdubio est impossibile, quoniam in nullo semel defuncto mors iterari potest. Utrumque ergo pari patet mendacio, propterea si propheta vel vates fidelis esset, numquam se capi permetteret seu ligari a quibus vellet postea erui. Quamobrem si illum persequi desistas, nostrum opprobrium et regni tui iniuriam fovere videberis. Tu ergo quia honor regis iudicium diligit, non debes tantum scelus impunitum transire, ne forte illi parcendo honor regni insolescat.' Ad hec regulus resondit: 'O mulierum stultissima! si verbis tuis obtemperare anelavero, tu mecharum fedissima fueris probata, ille autem veridicus propheta. Dixit enim: "Si palam referam que postularis, vobis inde mesticia, mihi autem letalis orietur tristitia." Nostra iam quippe patet tristitia, sua vero quamdiu superfuerit patet mesticia.' Mulier hiis dictis uberius in lacrimis prorumpens, quia quod voluit non valuit, clam morti Lailoken parabat insidias. Post aliquot quidem annos contigit Lailoken illo die quo divino erat premunitus viatico occidente iam sole transitum facere per campum secus castellum dummeller. Quo a quibusdam comperto pastoribus qui erant in illum a nequam femina incitati, sicut predixerat et super-inscriptum est, ita de illo diffinitum esse audivimus. Cuius, ut dicitur, corpus exanime rex tradidit sepulture in loco videlicet quem ipse adhuc vivens sibi preelegerat. Porro opidum istud distat a civitate Glascu quasi triginta miliaribus. In cuius campo Lailoken tumultatus quiescit.

Sude perfossus, lapidem perpressus et undam,  
Merlinus triplicem fertur inisse necem.

## Translation

## Section 1

At that time when blessed Kentigern<sup>1</sup> used to frequent the desert wilds,<sup>2</sup> it happened on a certain day, as he was intently praying in a thicket in the wilderness, that a certain madman, naked and hairy and devoid of all worldly possessions, crossed his path like a raging beast. He was called Lailoken.<sup>3</sup> Certain people say that he was Merlin<sup>4</sup> who was regarded by the Britons as unique in his powers of prophecy, but the identification is uncertain.

When St Kentigern saw him, it is said that he greeted him in the following words: 'I adjure you, whatsoever kind of God's creature you are, in the name of the Father, Son and Holy Spirit, if you are on God's side and believe in God, to speak to me, explaining who you are and why you wander alone in this wilderness, a companion to wild beasts.'

And the madman immediately stopped running and replied: 'I am Christian, although guilty of so great a crime, suffering in this wilderness the evil fate which was predestined for me, to live with the beasts for my sins, since I do not deserve to suffer my punishment in the company of men. For I was the cause of the slaughter of all the slain who were killed in the battle,<sup>5</sup> well known to all the inhabitants of this country, which was fought in the plain that lies between Liddel<sup>6</sup> and Carwannok.<sup>7</sup> In this battle also the sky began to yawn open above me and I heard a voice like the sound of thunder, speaking to me from heaven: "Lailoken, Lailoken, because you alone are guilty of the blood of all those that have been killed, you alone will pay the penalty for the sins of all. For you will be handed over to the angels of Satan and you will consort with wild beasts until the day of your death."'

When I directed my gaze towards the voice which I heard, I saw a brilliance greater than human nature could endure. I also saw the innumerable battalions of an army in the air, holding in their hands fiery spears like the flash of lightning and sparkling weapons which they brandished savagely against me. Then when I was beside myself, a malignant spirit seized hold of me and assigned me to the wild beasts, as you yourself see.'

And with these words he leapt away from there into the unfrequented parts of the wood, known only to beasts and birds.

Blessed Kentigern felt great compassion for his wretchedness and fell on his face upon the earth, saying: 'Lord Jesus, this most wretched of wretched men, how has he lived in this squalid wilderness, like a beast among beasts, naked and on the run, his only food the grass! Bristles and skins are the natural coverings of animals and wild beasts and their appropriate food green blades of grass, roots and leaves. This our brother has shape, nakedness, flesh, blood and frailty, just like one of us, yet lacks everything which human nature requires, with the sole exception of the common air we breathe. How then does he live among wild beasts in spite of hunger, cold and a complete lack of anything to eat?'

So the holy bishop Kentigern wept, his cheeks drenched in pious tears, devoting himself more strictly than usual to the discipline of solitude for the love of God. He sought to obtain help from the Lord also with earnest prayers for that wild man, wretched, unclean and possessed of the devil, in order that the misfortunes and sorrows which he was enduring here in the body would stand as refreshment to his soul in the world to come.

Now this madman, as it is said, afterwards often came out of the wilderness and sat on a certain steep crag<sup>8</sup> which rises on the other side of the Molendinar burn,<sup>9</sup> overlooking Glasgow, to the north of the church of that place. On many occasions he disturbed St Kentigern and his clergy with horrifying shrieks, as they were singing the divine office. For he foretold there many future events, as if he were a prophet, but because he used never to repeat what he had foretold, although his prophecies were extremely obscure and quite unintelligible, no one dared to believe him. But they remembered certain worthless words and entrusted them to writing.

Now on the day on which he was destined to escape from the miseries of this world, that madman, as usual, arrived at the aforesaid crag, while blessed Kentigern was celebrating early morning mass. He was wailing and shouting and kept demanding in a loud voice that he should be deemed worthy to be fortified with the body and blood of Christ, before he passed over from this world. Kentigern could not endure this irreverence of shouting and sent a cleric to enjoin silence upon him. The happy wretch answered him in holy and gentle words, saying: 'Go, I beg you, my lord, to blessed Kentigern and beseech the grace of his charity that he may condescend to fortify me with the Lord's *viaticum*,<sup>10</sup> since today I shall pass over happily with his help from this wicked world.'

Now when the bishop heard this from the lips of the cleric, he smiled in a holy manner and said to those standing around, who were beseeching him earnestly on behalf of the vociferous demoniac: 'Is he not that wretch who often misled all of you, and everyone else as well, with his words and who has led a demoniac life amid wild beasts for many years and has no knowledge of the Christian sacrament? Therefore I do not think that it is profitable for me to give him such a great gift. But go', he said to a certain one of his clerics, 'and ask him about what kind of death he will die and if it is today that he is going to die.'

Therefore the cleric went and spoke to the madman, just as he had been instructed by the bishop. The madman answered him: 'I shall die today, crushed by stones and cudgels.' The priest returned to the bishop and told him what he had heard from the lips of the madman.

'Return to him', the bishop said to the cleric, 'since I do not believe this statement, that he is going to die in this way. But let him tell more truthfully when and by what death he will die.'

Now the bishop said this to see if by any chance that wretch could be found to be truthful and consistent in his speech, because he had never been in the habit of



repeating the same statement that he had uttered before but always spoke ambiguously and obliquely in riddles. Therefore having been questioned a second time by the cleric, the madman said: 'Today my body will be pierced by a sharp wooden stake and thus my spirit will fail.'

The cleric returning again to the bishop said what he had heard from the madman. The bishop called his clergy together and said: 'Now you also have heard for yourselves that he does not observe consistency in any utterance. Therefore I am afraid to agree to his request.'

So his clergy said: 'Lord and reverend father, do not be angry with us, if just once more we beseech your affection on his behalf. Let it be put to the test yet a third time, to see if by chance he is able to be found consistent in some statement.'

The bishop therefore sent a cleric for the third time and asked the happy wretch by what death he would end his life. The madman thus replied: 'Today I will terminate my present life by drowning.' The cleric was very indignant at this reply and said: 'You are behaving foolishly, stupid brother, since you, deceitful and a liar as you are, are asking to be fortified by a saintly and truthful man with spiritual food which is only permitted to be given to those who are faithful and upright.'

The wretched but now happy madman, restored by the Lord to his senses, immediately burst into renewed tears and said: 'Alas for wretched me! How long, Lord Jesus, shall I endure such a dire fate? How long shall I be afflicted with so many tortures? Why am I even now rejected by your faithful, although I have been guided here by you? See, they do not believe my words although I have foretold to them only what you have inspired me to do.'

Turning therefore to the cleric, he said: 'Let the bishop himself come to me as soon as possible, I beg you. To his protection I have been especially entrusted by the Lord on this day. And let him bring with him the consecrated *viaticum* which I demand and he will hear the instruction which God has deigned to impart to him through me.'

